

benedictione: ut metamus benedictionem. Qui enim parce seminat: parce & metet.

Quo sensu accipiendum sit quod in epistola legimus ad Romanos: uix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori? .XC.

Dixit Vx hareses ex occasio[n]e huius testimonij: qd non itelligunt: diuerso qd errore: sed pari impietate blasphemant. Martio. n. q iustu[m] deum creator[e] legis facit: & propheta[r]um: bonu[m] aut euangelio[r]um & apostoloru[m] cuius uult esse filiu[m] christu[m] duos introducit deos. Aliter iustu[m]: & aliter bonu[m]: & pro iusto asserit uel nullos uel paucos appetisse morte[m]. Pro bono aut. i. christo innumerabiles martyres extitisse. Porro Arrius iustu[m] ad christum refert: de quo dictu[m] est. Deus iudiciu[m] tuu[m] regida: & iusticia[m] tua[m] filio regis: & ipse de se i euangelio. Non. n. pater iudicat que[m] uult: sed o[mn]e iudiciu[m] dedit filio. & ego sicut audio: sic iudico: Bonu[m] aut deum prem: de quo ipse filius confitetur. Quid me dicitis bonu[m]? Nemo est bonus nisi solus deus p[ater]. Cuius hucusq[ue] blasphemia[m] sua[m] de uis calles potuerit iuenire: i consequentibus ipingit: & corrui. Quomodo. n. pro p[ater]e quis audeat mori: & pro filio uix mori: cum propter nomen christi tantus martyru[m] sanguis effusus sit? Qui igitur simpliciter hunc exponit locu[m] hoc pot[est] dicere: qd in ueteri lege: i qua iusticia est: uix pauci iuetti sunt: q suu[m] fuderit sanguine[m]. In nouo aut in strumeto i quo bonitas est: atq[ue] cl[em]entia: innumerabiles extiteru[n]t martyres: sed ex eo qd posuit forsita[m] q[ui]s eti[am] audeat mori: & pendulo gradu suam teperauit: iueniri posse nonnullos: q audeant mori pro euangelio: ostedit non sic accipiendu[m]: sed ex superioribus & inferioribus sensu loci huius debere tractari. Dicens. n. paulus se gloriari i tribulationibus: quia tribulatio patientia[m] opat: patientia: p[ro]batione: probatio uero spes: spes aut non confundit q[ui] ex eo certa habebat p[ro]missionem: q[ui]a charitas dei diffusa est i cordibus n[ost]ris p[er] sp[iritu]m sanctu[m] qui datus est nobis: secundu[m] illud qd deus dixerat p[ro]pheta. Effundam de sp[iritu] meo sup[er] o[mn]em carne[m]. Mirabatur bonitatem christi: q[ui] pro impiis & infirmis & peccatoribus mori uoluerit: & non opportuno t[em]p[or]e: de quo ipse dicit. Tempore opportuno exaudiui te: & in die salutis auxiliatus sum tui: & rursum. Ecce nunc t[em]p[us] acceptabile: ecce dies salutis. Quado o[mn]es peccaueru[n]t simul inutiles facti sunt: non fuit qui faceret bonu[m]: non fuit usq[ue] ad unu[m]. Incredibilis ergo bonitas & cl[em]entia inaudita: mori pro impiis. Vix enim pro iusto & bono aliquem suum sanguinem fundere contigit metu mortis cuncta torrente: Nam inuenitur interdum: ut aliquis pro re iusta bona audeat mori. Charitas aut dei qua[m] habuit i nobis hinc maxime coprobatur: q[ui] cum adhuc peccatores essemus: christus pro nobis mortuus est: & sublata est de terra uita eius: & pro iniquitatibus populi ductus est ad morte[m]: & portauit peccata n[ost]ra & tradita est in morte aia illius: & cum iniquis reputatus est: ut nos impios: & infirmos: & peccatores: pios & robustos & iustos faceret. Nonnulli ita interpretantur. Si ille pro nobis impiis mortuus est & peccatoribus: q[ui]to magis nos absq[ue] dubitatione ulla pro iusto & bono christo debemus occubere: Iustum aut & bonum non putemus esse diuersum: nec aliquam proprie significare persona[m]: sed absolute iustam rem & bonam: pro qua difficulter interdum aliquis inueniri potest: qui suum sanguinem fundat.

Martin
Arrius

Ex d[omi]no

Mortis metu cuncta terret

Quid tibi uult quod ad Romanos scribit apostolus occasione accepta peccatum per mandatu[m] operatum est in me omnem concupiscentiam. .XCI.

Ponamus totum testimoniu[m]: & singula christi auxilio differentes: quid nobis uideatur simpliciter indicemus: n[on] p[re]iudicantes tuo sensui: qd uelis intelligere: sed n[ost]ram s[er]mone[m] breuiter explicates. Quid ergo dicimus? Lex peccatu[m] est: Absit. Sed peccatu[m] non cognoui nisi p[er] lege[m]. Na[m] concupiscentia[m] nescieba[m]: nisi lex diceret: non concupisces. Occasione aut accepta peccatu[m] per mandatu[m] operatu[m] est in me o[mn]em concupiscentia[m]. Sine lege. n. peccatu[m] mortuu[m] erat. Ego aut uiueba[m] aliquando sine lege: sed ubi uenit mandatu[m]: peccatum reuixit. Ego aut mortuus sum: & inuentu[m] est mihi mandatu[m]: qd erat ad uitam: hoc esse ad morte[m]. Peccatu[m] eni occasione accepta p[er] mandatu[m] seduxit me: & p[er] illud occidit: itaq[ue] lex quide[m] sancta: & mandatu[m] sanctu[m] & iustu[m] & bonu[m]. Quod ergo bonu[m] est mihi mors est: absit: sed ut peccatu[m] appareat peccatum per bonu[m] mihi opatum est morte[m]: ut fiat supra modum peccans peccatu[m] p[er] mandatu[m]. Scimus aut quia lex spiritalis est: ergo aut carnalis sum uenidatus sub peccato: quod enim operor ignoro. Non enim quod uolo hoc ago: sed quod odi illud facio: Si aut quod uolo hoc facio: consentio legi: quia bona est. Nunc aut iam non ego operor illud: sed qd habitat in me peccatum. Scio enim q[ui] non habitat in me: hoc est in carne mea bonu[m]: uelle enim adiacet mihi: proficere aut bonu[m] nequa[m]. Non enim qd uolo facio bonu[m]: sed qd nolo malum hoc ago. Si aut qd nolo ego hoc facio: iam non ego operor illud: sed qd inhabitat in me peccatum. Inuenio igitur legem uolenti mihi facere bonu[m]: quia mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei secundu[m] interior[e]m ho[mi]nem. Video aut aliam lege[m] i membris meis repugnantem legi mentis meae: & captiuum me ducentem in lege peccati: qua[m] est in membris meis: Infelix ego ho[mo] quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei p[er] Iesum christum dominum nostrum. Quomodo medicina non est causa mortis: si ostendat uenena mortifera: licet his mali ho[mi]nes abutatur ad mortem: & uel se interficiant: uel insidiantur inimicis. Sic lex data est: ut peccato[r]um uenena monstraret: & ho[mi]nem male libertate sua abutentem: qui prius ferebatur improuidus: & p[er] p[re]cipitia labebatur: freno legis retineat: & compositis doceat incedere gressibus: ita ut seruiamus in nouitate sp[iritu]s & non in uetustate litera[m]: id est uiuamus sub p[re]cepto: qui prius in modum bruto[r]um animalium dicebamus: manducemus & bibamus: cras enim moriemur: quod si subintrante lege: qua[m] docet quid facere: & prohibet quid non facere debeamus: uitio n[ost]ro & incontinentia feramur contra scita legalia: uidetur lex causa esse peccati: qua[m] dum prohibet concupiscentia[m]: quodammodo in flammam cognoscitur. Saecularis apud graecos sententia est: Quicquid licet minus desiderat: ergo econtra rio quicquid non licet: fomentum accepit desiderij. Vnde & Tullius de parricidaz supplicij apud athenienses: Solone scripsisse negat: ne non tam phibere q[ui] comouere uideret. Igitur lex apud cotemptores: & legu[m] p[re]cepta calcantes

q ii .cliii.

uideat esse occasio delictorum: dū phibēdo qd nō uult fieri: ligat eos uinculis mādatō: q̄ prius absq; lege peccā-
tes: nō tenebant crimibus. Hęc diximus: legē quā p̄ Moysē data est intelligētes. Verū q̄ in cōsequētib; scriptū
est: lex dei & lex carnis atq; mēbroꝝ: quā pugnāt aduersus legē mētis nr̄e: & capiuos nos ducit in legē peccati
simulq; q̄ tuor leges cōtra se dimicātes in uno loco scriptas eē cognosco. Nō absq; re arbitror: si req̄rā quot gene-
ra legis in scripturis sct̄is esse cōmemorent: dī lex quā p̄ Moysē data ē: secundū illud qd scriptū ē ad Galathas.
Quotquot. n. ex opibus legis sūt: sub maledictō sūt. Scriptū ē. n. Maledictus ois q̄ nō p̄manet in oibus quā scri-
pta sūt in libro legis: ut faciat ea: & rursum in eadē epistola. Lex p̄pter pr̄uaricatōes posita ē: donec ueniret semē
cui repromissū est disposita p̄ angelos in manu mediatoris: & itē. Itaq; lex p̄dagogus nr̄ fuit in christo: ut ex
fide iustificemur. Postq̄ uenit fides: nequaquā ultra sub p̄dago sumus. Oēs. n. filii dei estis p̄ fidē: quā ē i christo
lesu: historia quoq; quā p̄cepta nō cōtinet: sed q̄ quid factū sit refert: ab apostolo lex appellat̄: Dicite mi-
hi q̄ sub lege uultis esse: nō audistis legē? Scriptū ē. n. q̄ Abrahā duos filios habuit: unū de ancilla: & alterū de li-
bera. Sed q̄ ex ancilla: secundū carnē natus ē: q̄ autē de libera: p̄ repromissionē. Sed & psalmi lex appellant̄: ut cō-
pleret̄ sermo q̄ in lege eorū scriptus ē: q̄ odio habuerūt me gratis. Esaiā quoq; p̄phetiā legē apostolus uocat: In
lege scriptū est: quoniā in aliis liguis & aliis labiis loquar populo huic: & nec sic me exaudiēt dicit dominus: qd̄
iuxta hebraicū & Aqlā in Esaiā scriptū repperi. Appellat̄ etiā lex mystica scripturā scia. Scimus q̄ lex spiri-
talis est: & extra hęc oīa naturalē legē scriptā in cordibus nr̄is idē apostolus docet. Cū. n. gētes quā legē non ha-
bent: naturaliter ea quā legis sūt faciūt: isti legē nō habētes ipsi sibi sūt lex: q̄ indicāt opus legis scriptū in cordi-
bus suis: testimoniū phibēte illis cōscia. Ista lex quā in corde scribit̄: oēs cōtinet natiōes: & nullus hoīum est qui
hęc legē nesciat. Vnde ois mūdus sub p̄ctō: & uniuersi hoīes pr̄uaricatores legis sūt & iccirco iustū iudiciū dei
scribētis in corde humani generis. Quod tibi fieri nolueris: alteri ne feceris. Quis. n. ignoret homicidiū: adul-
teriū: furtū: & oēm cōcupiscētiā esse malū: ex eo. q̄ sibi ea nolit fieri: Si. n. mala esse nesciret: nequaquā doleret si-
bi esse illata p̄ hęc naturalē legē & Cain cognouit peccatū suū dicēs: Maior est causa mea: q̄ ut dimittat̄: & Adā
& Eua cognouerūt peccatū suū: & p̄pterea absconditi sūt sub ligno uitæ. Pharaō quoq; ante q̄ lex daret̄ p̄ Moysē
stimulatus lege naturæ suæ crimina confitēt̄: & dicit: dominus iustus: ego autē & populus meus impij. Hęc legem
nescit pueritia: ignorat infātia: & peccans absq; mandato nō tenet̄ lege peccati: lege peccati. Maledicit̄ p̄ri nr̄i &
parētes uerberat & quia necdū accepit legē sapiæ mortuū est in ea peccatū. Cū autē mādatū uenerit: hoc est tps
intelligētiæ appetentis bona: & uitatis mala: tūc incipit peccatū reuiscere: & ille mori: reuiscere esse p̄cti. Atq; ita fit
ut tps intelligētiæ quo dei mādata cognoscimus: ut pueniamus ad uitā opeſ in nobis mortem: si agamus negli-
gentius: & occasio sapiæ seducat nos: atq; supplet̄: & ducat ad mortem. Non quo intelligentia peccatū sit (Lex
enim intelligentiæ sancta: & iusta: & bona est) Sed p̄ intelligentiā peccatorū atq; uirtutum mihi peccatū nascit̄
qd̄ prius q̄ intelligerem peccatum esse non noueram. Atq; ita factum est: ut qd̄ mihi pro bono datū est: meo ui-
tio mutetur in malum: & ut hypbolice dicam: nouoq; uerbo utar ad explicandū sensum meū. Peccatū qd̄ prius
q̄ habere intelligentiā: absq; peccato erat: p̄ pr̄uaricationem mandati incipiat mihi esse peccatius peccatum.
Quærimus quā sit ista concupiscētia: de qua lex dicit: non concupisces. Alii putant illud esse mandatum qd̄
in decalogo scriptum est: non concupisces rem proximi tui. Nos autē p̄ concupiscētiā oēs perturbationes aīæ
significatas putamus: quibus mœremus: & gaudemus: timemus: & concupiscimus: & hoc apostolus uas electio-
nis. cuius corpus templum erat spūs sancti: & qui dicebat. An expimentum q̄ritis eius qui in me loquitur chri-
stus: Et in alio loco: Christus nos redemit. Et itē: uiuo autē iam non ego: uiuit nero in me christus: non de se loq-
tur: sed de eo qui uult post peccata agere p̄niam: & sub p̄sona sua fragilitatem describit conditionis humanæ: q̄
duorū hoīum interioris & exterioris pugnantium intra se bella perpetitur. Interior hō consentit & scriptæ & na-
turali legi: q̄ bona sit & sancta & iusta: & spiritalis. Exterior ego inquit carnalis sum: uenūdatus sub peccato: qd̄
enim operor nescio & non quod uolo: hoc ago: sed quod odi. Si autē exterior facit quod non uult: & operatur qd̄
non odit: ostendit bonum esse mandatum: & non se operari quod est malum: sed habitans in sua carne peccatū
hoc est uitia corporis: & desideria uoluptatis: quæ propter posteros: & sobolem insita est humanis corporibus:
& si fines fuerit egressa uertitur in peccatum. Se unusquisq; consideret: & accusator sui tractet incentiua uitioꝝ.
Quomō & in sermone & in cogitatione: & calore corporis sæpe loquatur & cogitet: & patiat̄ quod non uult.
Nolo dicere faciat: ne sanctos uiros uidear accusare: de quibus scriptum est. Erat ille hō uerus & imaculatus: iu-
stus dei cultor: recedens ab oī opere malo: & de Zacharia & Helisabeth: erant iusti ambo in conspectu dei: am-
bulantes in oibus mandatis & iustificationibus domini absq; querela. Et preceptum est apostolis: Estote perfe-
cti sicut pater ur̄ cælestis perfectus est. Nunq̄ autē hoc apostolis imperaret: nisi sciret hoīem posse esse perfectū.
Nisi forte hoc dicamus: q̄ recedens ab oī malo emendationem significet de erroribus pueritiæ & de uitis laci-
uientis ætatis: transitum ad correctionem atq; uirtutes. Iusticiam quoq; quā in Zacharia & Helisabeth p̄redi-
catur foris esse. Concupiscētiā non quā nunc habitare in membris nr̄is dicitur uersari intrinsecus: sed & apo-
stolis nō pueris p̄cipit̄ uerū iā ætatis robustæ ut assumāt perfectionem quam & nos confitemur in ætate esse
perfecta. Nec hęc dicentes adulamur uitis: sed auctoritatem sequimur scripturæ: q̄ nullus homo absq; pec-
cato sit: sed conclusit deus omnes sub peccato: ut omnibus misereatur: absq; eo solo qui peccatum non fecit: nec
inuentus est dolus in ore eius. Vnde & per Salomonem dicitur: q̄ serpentis uestigia non inueniantur in petra.
Et ipse de se dominus. Ecce inquit uenit princeps mundi huius: & nihil in me inuenit: id est sui operis: sui q; uesti-
gii. Ob hanc iubetur nobis: ne exprobremus homini reuerenti a peccatis suis: & ne abominemur ægyptum:
quia ipsi quondam in ægypto fuimus: & de luto ac lateribus Pharaoni extruximus ciuitates: & quia captiui du-
cti

Quorū gētes legis

Historia lex dicitur

psalmi lex appellatur

Lex humani generis

Peccatius peccatum

Non concupisces.

Et sumus in babylonē lege peccati: qđ in mēbris nris morabat. Cūq; uidere extrema desperatio: imo aperta cōfessio oēm hoīem diaboli laqis irretiri: cōuersus in se apostolus: imo hō sub cuius psona apostolus loqbat: agit gr̄as saluatori: qđ redēptus sit sāguine eius: & sordes in bap̄tismo deposuerit: & nouū christi assūperit uestimentum: & mortuo ueteri hoīe natus sit hō nouus: qui dicat. Miser ego hō: quis me liberabit de corpore mortis huius: Gr̄a dei p̄ Iesū christū dominū nostrū. Quod sicui nō uideē sub psona sua hoc apostolū de aliis dicere: exponat: quomō Daniel quē iustū fuisse nouimus: quasi de se dicat cū pro aliis depræcat. Peccauimus: iniq; fecimus: iniuste gessimus: impiē egimus: & recessimus ac declinauimus a mādati & iudiciis tuis: & nō audiuimus seruos tuos pphetas: qui locuti sūt in noīe tuo ad reges nros & principes & p̄res: & ad oēm populū terræ. Tibi domine iusticia: nobis autē cōfessio. Illud quoq; qđ in trigesimo primo psalmo dī. Peccatū meū cognitū tibi feci: & iniquitatē meā nō abscondi. Dixi cōfitebor aduersū me iniusticiā meā domino: & tu remisisti impietatē peccati mei. Pro hac orabit ad te oīs sanctus in tēpore opportuno: nō Dauid & iusto uiro: & ut simpliciter loquat: propheta: cuius uerba narrantur: sed peccatori congruit. Cūq; iustus sub psona pœnitentis talia profudisset: a deo meretur audire. Intelligere te faciam: & docebo te in uia hac qua ambulabis: confirmabo super te oculos meos. In trigesimo quoq; septimo psalmo: cuius titulus est in cōmēmorationē: ut doceat nos semper peccatorum nostrorū memores esse debere: & agere p̄niam: tale quid legimus. Non est pax ossibus meis a facie peccatorū meorū. Quoniā iniquitates meæ eleuatae sūt sup̄ caput meū: quasi onus graue grauatae sūt sup̄ me. Corruptæ sunt & putruerūt cicatrices meæ: a facie insipiētia meæ. Afflictus sū & icuruatus sū usq; ad finē. Totus hic apostoli locus: & in superioribus & in cōseq̄ntibus: imo oīs epistola eius ad romanos nimis obscuritatibus inuoluta est: ut si uoluerō cūcta differere: nequaquā mihi unus liber: sed magna & multa erūt scribenda uolumina.

Quare apostolus Paulus in eadē ad Romanos scribit epistola: Optabā ego ipse anathema esse a xp̄o pro fr̄ibus meis ac pp̄inqs meis iuxta carnē: qđ sūt israel: quorū adoptio & gloria & testamētū & legis latio & cultus & repromissioēs: quorū p̄res & ex quibus ē christus iuxta carnē: qđ sup̄ oīa dei benedictus ī s̄cula amē. XCII.

Re uera ualida q̄stio: quō apostolus qđ supra dixerat. quis nōs separabit a charitate christi: tribulatio an angustia: an persecutio: an fames: an nuditas: an periculū: an gladius: Et rursum: confido autē quia neq; mors: neq; uita: neq; angeli: neq; principatus: neq; p̄sentia: neq; futura: neq; fortitudo: neq; excelsa: neq; profundū: neq; alia creatura poterit nos separare a charitate dei: quam habemus in christo Iesu domino nro: nunc sub iureiurando confirmet & dicat: ueritatē dico in christo Iesu: non mentior: testimonium mihi prohibēte cōsciā meā in spiritu sancto: quoniā tristitia est mihi magna: & continuus dolor cordi meo. Optabā enim anathema esse a christo pro fratribus meis & propinquis iuxta carnē: & reliqua. Si. n. in deū tāta est charitatis: ut nec metu mortis nec spe uitæ nec persecutiōe nec fame nec nuditate nec piculo nec gladio possit separari a charitate eius: & si angeli quoq; & pt̄ates & uel p̄sentia uel futura & oēs cælorū fortitudines & excelsa pariter ac profunda & uniuersa simul creatura ei ingruat: qđ nequaquā pōt fieri: tamen nō separeretur a charitate dei: quā habet in christo Iesu. Quæ est ista tāta mutatio: imo inaudita prudētia: ut pro charitate christi nos h̄re christū: Et nō forsità nō credamus: iurat & cōfirmat in christo: & cōsciā suā testē iuocat spiritū sanctū: se h̄re tristitiam: & nō leuem ac fortuitā: sed magnā & icredibilē: & habere dolorē ī corde: nō qui ad horā pungat & transeat: sed qui iugiter in corde p̄maneat: Quo tendit ista tristitia: Ad quid proficit incessabilis dolor: Optat anathema esse a christo: & perire: ut alii salui fiant: Sed si consideremus Moyli uocem: rogantis deum pro populo iudæorū atq; dicentis. Si dimittis eis: peccatum suum dimitte. Si autē nō uis: dele me de libro tuorū quem scripsisti: perspiciemus eundem & Moyli & pauli apud creditum sibi gregem affectum. Pastor enim bonus ponit aīam suā pro ouibus. Mercenarius autem cum uiderit lupum uenientem: fugit: quia non sunt eius oues. Et hoc ipsum est dicere. Optabam anathema esse a christo: & dele me de libro quem scripsisti.

nuditas

Qui enim delentur de libro uiuentium: & cum iustis non scribuntur: anathema fiunt a domino. Simulq; cerne apostolum quantæ charitatis in christo sit: ut pro illo cupiat mori: & solus perire: dummodo omne in illum credat hominum genus: perire autem non in perpetuum: sed p̄sentia. Qui enim perdidit animam suā pro christo: saluam eam facit. Vnde & de quadragesimo & tertio psalmo assumit exemplum: Quoniam propter te mortificamur tota die: reputati sumus ut oues occisionis: uult ergo apostolus perire carne: ut alii saluentur in spiritu: suum sanguinem fundere: ut multorum anime conseruentur. Quod autem anathema interdum occisionem sonet: multis ueteris instrumenti testimoniis pro bari potest. Et ne leuem putemus esse tristitiam & modicam causam doloris: iungit & dicit. Pro fratribus meis & propinquis iuxta carnē. Quando propinquos appellat & fratres iuxta carnem in spiritu a se ostendit alienos. Quorum est inquit adoptio quæ significantius gr̄æ dicitur: uel de quibus quōdā dominus loquebatur. Filius primogenitus meus israel: & filios genui & exaltaui. Nunc dicit filii alieni mentiti sunt mihi: & quorū gloria ut de cunctis gentibus eligeretur in peculia rem populū dei: & quorū testamēta: unū in s̄ra alterū in sp̄itu: ut qui prius in carne seruiuerunt cerimonis legis aboli: postea seruirent in spiritu mandatis ea angelū sempiterni: Et legis latio ad utrūq; responderet: noui & ueteris testamēti: & cultus: id est uera religio & promissiones: ut quicquid repromissum est patribus completur in filiis. Et quod omnibus maius est: ex omnibus quibus christus de Maria genitus uirgine: ut sciremus: quis iste sit christus: causas doloris sui uno sermone comprehendit: qui est super oīa deus benedictus in s̄cula amen. Ut iste tantus ac talis ab eis non reciperetur: de quorū stirpe generatus est. Et nihilominus laudat iudicii ueritatem: ne sententia dei in propinquos & fratres displicere uideatur: & uel aūstera esse uel nimia: In quibus igitur tanta fuerunt bona: dolet eorū nunc tanta mala sint.

Anathema occisio

Quid uelit intelligi qđ idē apostolus scribit ad colocēses. Nemo uos superet uolēs i humilitate mentis & reli-
giōe angelorū quæ uidit ambulās frustra inflatus sensu carnis suæ: & non tenens caput: ex quo totū corpus p̄ ne
xū & cōiunctiōis sūministratū: & cōiunxū crescit in augmētū dei & reliqua. .XCIII.

Illud qđ crebro diximus: & si imperitus sermone: nō tamen scia nequaquā Paulū de humilitate: sed de
cōsciā ueritate dixisse: etiā nūc approbamus. Profūdus. n. & recōditos sensus lingua nō explicat. Et
cū ipse sentiat qđ loquat̄: in alienas aures puro nō pōt trāsterre sermone. Q uē cū in uernacula lin-
gua habeat disertissimū: q̄ppe ut hebræū ex hebræis: & cruditus ad pedes Gamalielis uiri in lege doctissimi: sei-
psū interpretari cupiēs: inuoluit. Si aut̄ in græca lingua hoc ei accidit quā nutritus in Tharso Ciliciæ a parua
ætate ibiberat: qđ de latinis dicēdū est: q̄ uerbū de uerbo exprimere conātes: obscuriores faciunt eius sūas: & ue-
luti herbis crescētibz frugū strāgulāt ubertatē. Conabimur itaq; παρὰ φρόσ Τικῶς sensus eis euoluere: & tri-
tam simplicitatem eloquii suo ordini reddere atq; iuncturæ: ut simplici stamine uerborū fila decurrant: puroq;
subtegmie apostolici sermonis textura subcrescat. Nemo uos super: nemo aduersū uos brauium accipiat: hoc
enim græce dicitur κατὰ πρόθετον. Q uando quis in certamine positus iniquitate agonizet: uel insidiis ma-
gistroz: βραχίον. & palmā sibi debitā pdit. Multaq; sunt uerba q̄bus iuxta morē urbis & puincia suæ familia-
rius apostolus utitur. Ex q̄bus exēpli grā pauca ponēda sūt. Mihi aut̄ parū est iudicari ab humana die: hoc est
ἀπὸ ἀνθρώπων ἡμεῶς & humanū dico: hoc est ἀνθρώπινον λέγω οὐκ ἄτενα γκῆσα υμᾶς hoc est non
grauaui uos: ut nūc dicitur μηδὲ ὑμᾶς κατὰ πρόθετον. i. nullus brauium accipiat aduersum uos. Q uibus
& aliis multis uerbis usq; hodie utuntur Cilices. Nec hoc miremur in apostolo: si utatur eius linguæ cōsuetudi-
ne: in qua natus est: & nutritus: cū Virgilius alter Homerus apud nos priæ suæ sequens consuetudinē sceleratū
frigus appelleret. Nemo ergo uos super ac deuincat: uolens in humilitate s̄ræ sequi & angelorū religionē atq; cul-
turā: ut nō seruiatis spiritali intelligētiæ: sed exēplaribus futuroz quæ nec ipse uidet: qui uos supare desiderat
siue uidit: utrūq; n. habet̄ in græco. Præserti cū tumens ambulet: & incedat inflatus: mētisq; supbiā gestu corpo-
ris præferat. Hoc. n. significat εὐαγγέλιον σόφρος. Frustra cū inflatur & tumet sensu carnis suæ: carnaliter cū
cōtra itelligēs: & traditionū iudaicæ deliramēta perquirēs: & nō tenēs caput oīum scripturaz: illū de quo scri-
ptū est. Caput uiri christus est. Caput aut̄ ac principiū totius corporis eorūq; qui credunt & oīs intelligētiæ spi-
ritalis: ex capite corpus ecclesiæ p̄ suas cōpages atq; iuncturas uitalē doctrinæ cælestis accipit sucū: ut oīa paula-
tim membra uegetent̄: & p̄ occultos uenaz meatus fundatur defæcatus sanguis ciborū: & ministretur atq; suc-
crescat: imo teneat̄ tēperātia corporis: ut de fonte capitis rigati artus crescat in perfectionē dei: & impleatur salua-
toris oīo. Pater uolo ut sicut ego & tu unū simus: sic & isti in nobis unū sint: ut postq̄ nos christus tradiderit pa-
tri: sit deus oīa in oibus. Tale qđ & in uerbis & in sensibus & in genere locutiōis obscurissimæ scribit ad Ephesi-
os. Veritatē aut̄ loquētes i charitate: crescāmus in illo p̄ oīa: qui est caput christus: ex quo totū corpus cōpactū
& cōnexū p̄ oēm iuncturā subministratiōis: secundū operationē in mensurā uniuscuiusq; mēbri augmētū cor-
poris facit in ædificationē sui in charitate: super quo in cōmentariis eiusdē epistolæ plenius diximus. Loquimur
aut̄ uniuersa contra eos qui credētes ex iudæis in dominū saluatorē: iudaicas cerimonias seruare cupiebant: sup
qua & in actibus apostolorū non parua q̄stio concitata est. Vnde & supra Paulus ait de his qui magistros legis
esse se iactant. Nemo uos iudicet in cibo & potu: q̄ alia munda sitalia imunda: aut in parte diei festi: ut alios di-
es festos putent: alios non festos. Nobis enim qui christum credimus resurgentem iugis & æterna festiuitas est.
Aut in parte neomeniæ hoc est calendaz: & mensis noni: quando decrescens luna finitur: & noctis umbra tegi-
tur. Christianorū enim lumen æternum est: & semp̄ solis iusticiæ radiis illustratur. Aut in parte sabbatoz ut nō
faciant seruire opus: & onera non portent: quia nos sumus christi libertate donati: & onera peccatoz portare de-
sinimus. Hæc inquit oīa umbra sunt futuroz: & imagines uenturæ felicitatis: ut in quibus iudæi hæsitant iuxta
s̄ram: & tenentur in terra: nos iuxta spiritū transeamus ad christū: qui ad distinctionē umbræ nunc corpus ap-
pellatur. Q uomō enim in corpore ueritas est: & in corpore umbra mendaciū: sic in spiritali intelligentia mūdus
oīs & cibus & potus & tota festiuitas & perpetuæ calendæ & æterna requies expectanda est: Q uerimus quid
dicere uoluerit in humilitate & religione angelorū: aut quem sensum habeat. Ex quo dominus locutus est ad di-
scipulos: surgite: abeamus hinc: & relinquetur uobis domus ur̄a deserta: & locus iu quo dominus spiritaliter cru-
cifixus est: ægyptus uocatur & sodoma: oīs iudaicarum obseruationum cultura destructa est: & quascūq; offe-
runt uictimas non deo offerunt: sed angelis refugis & spiritibus immundis. Nec mirum si hoc post passionem
domini faciant: cum per Amos quoq; prophetam dicatur ad eos. Nunquid hostias & uictimas obtulistis mihi
.xl. annis in deserto domus israel: & assumpsistis tabernaculum moloz: & sydus dei rēpha: figuras quas feci-
stis ut adoretis eas. Q uod plenius in concione iudaica Stephanus martyr exponens & reuolucus historiam ue-
terem sic locutus est: & uitulū fecerunt in diebus illis: & obtulerunt hostias idolo: & lætabantur in opibus
manuum suarū. Conuersus autem deus est: & tradidit eos ut colerent militiam cæli: sicut scriptum est in libro p̄-
phetarum. Militia autem cæli non tantum sol appellatur & luna & astra rutilantia: sed omnis angelica multi-
tudo eorūq; exercitus: qui hebraice appellatur sabaoth: idest uirtutum siue exercituum. Vnde & i euāgelio iux-
ta Lucam legimus. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cælestis laudantium deum & dicentium.
Gloria in altissimis deo: & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Facit enim deus angelos suos spiritus. & mi-
nistros suos ignem urentem: & ut sciamus semper eos qui colebant idola licet in tempore hostias uiderentur of-
ferre: non deo eas obtulisse: sed angelis per Ezechiel plenius discimus. Dedi eis iustificationes & præcepta nō bo-
na. Non enim sanguinem hircoz aut tauroz quærit deus: sed sacrificium domini spiritus contribulatus: cor cō-
tritum

*Paulus eruditus ad pedes
Gamalielis*

Cilices.

Scalenti frigus

Homonia

Sabaoth

ue

tribulatus: cor contritū & humiliatū deus non spreuit & propterea qui uitulū fecerunt i oreb: & coluerūt sy dus rempha: de quo in propheta Amos plenius disseruimus: adorauerunt figuras quas ipsi fecerūt: & tradit eos: ut seruirent militiae caeli: quae nūc ab apostolo dicitur religio angelorū. Pro humilitate i græco τῶν εἰσοφροσύνῃ legitur: id est humilitas mentis siue sensus. Vere enim humilis sensus & miserāda suspitio deum credere hircorū atq; tauroꝝ sāguine delectari & nidore thimiamatis: quē sāpe homīes declinamus. Quod autē sequit: Si mor tui estis cum christo ab elementis mūdi: quid adhuc tanq̄ uiuētes in mūdo decernitis: ne tetigeritis: neq; gusta ueritis: neq; contrectaueritis quae sūt omnia i interitū ipso usu secundū precepta & doctrinas hominū: quae sūt rationem quidē habentia sapientiae: in supstitiōe & humilitate: & nō ad parcendū corpori: nō in honore aliquo ad saturitatē carnis: hūc nobis habere sēsū uidef. Curramus p̄ singula & obscuritatem sensuū atq; uerborū christo referante pandamus. Si baptizati estis in christo: & cum christo in baptisate consepulti: mortui autē ab e lementis mundi: pro eo qd̄ est elementis: cur mecū non dicitis. Mihi autē absit gloriari nisi i cruce domini nostri Iesu christi: p̄ quē mihi mundus crucifixus est: & ego mundo: Nec audistis dominū dicentē ad patrē de mūdo nō sunt: sicut & ego nō sum de mundo: & mūdus odit eos: quoniā nō sunt de mundo: sicut & ego nō sum de mū do: sed ecōtrario q̄ si uiuentes in mundo decernitis. Ne tetigeritis corpus hoīs mortui: nec uestimentū: & scabel lum: in quo sederit mulier mēstruata: Neq; gustaueritis carnē suillā: & lepore: & sepiarū & loliliginū: murenā: & anguillā: & uniuersorū pisciū: qui squāmas & pēnullas nō habent: quae oīa in corruptione & interitu sunt ip so usu & stercore digerunt: esca. n. uentri: & uenter escis: & oē qd̄ intrat per os: nō coiquinat hominē: sed ea quae de nobis exeunt. Secundū praecepta inquit: & doctrinas hoīum secundū illud qd̄ Esaias loquitur. Populus hic labiis me honorat: cor uero eius longe est a me. Frustra autē colunt me docentes doctrinas hoīum: & praecepta. Vnde & dominus corripit pharisaeos dicens. Irritum fecistis mandatū dei: ut traditiones uŕas statueretis: Deus enim dixit honora patrē & matrē: & qui maledixerit patri uel mri morte moriet. Vos autē dicitis: quicūq; dixit patri uel matri: munus quodcūq; est ex metibi proderit: & nō honorificauit patrē suum: aut matrē: & reliq;. Quibus infert. Et irritum fecistis mādatum dei: propter traditionē uestram. Quanta traditiones pharisaeorū sint: quas hodie Δεὺ Τερόμους uocāt: & quā aniles fabulae: reuolueri nequeo. Neq; n. libri patitur magnitudo. Et plarāq; tā turpia sunt: ut erubescā dicere. Dicā tamen unā in ignominia gentis inimicā. Praepositos habent synagogis sapiētissimos quosq; scēdo operi delegatos: ut sanguinē uirginis siue mēstruatae: mūdū uel imūdū: si oculis discernere nō potuerint: gustatu probent. Propterea quibus iussum est: ut diebus sabbatorū sedeat unus quisq; in domo sua: & non egrediatur: neq; ambulet de loco in quo habitat: si quādo eos iuxta lŕam cōperimus artare: ut nō iaceant: non ambulent: non stent: sed tantū sedeant: si uelint praecepta seruare: solent respondere & dicere: Barrachibas: & Symeon: & Helles: magistri nostri tradiderunt nobis: ut duo milia pedes ambulemus i sabbato & cetera. Istiusmodi doctrinas hoīum praferentes doctrinae dei. Non quo dicamus sedendū semper esse in sabbato: & de loco in quo quis fuerit occupatus: penitus non recedendum: sed id quod impossibile legis est: in quo infirmatur per carnem: spiritali obseruatione cōplendum sit. Sequitur: quae sunt quidem rationem habentia sapientiae: hoc loco quidem cōiunctio superflua est quod plarisq; locis propter imperitiā artis grā maticā apostolum fecisse reperimus. Neq; enim sequitur uel alia coniunctio: quae solet ei praepositioni: ubi q dem positum fuerit respondere. Videntur igitur obseruationes iudaicā apud imperitos: & uilem plābiculam imaginem habere rationis: humanāq; sapientiae. Vnde & doctores eorū σόφοι. hoc est sapientes uocantur. Et si quando certis diebus traditiones suas exponunt: discipulis suis solent dicere οἱ σοφοὶ ἡ ἀσκόουσιν: id est sa pientes docent traditiones. Pro superstitione in græco ἐθελοτροπισκεία. iam positum est: hoc est falsa religio: & pro humilitate τῶν εἰσοφροσύνῃ: quae magis uirtutem solet sonare q̄ uitium: sed hic τῶν εἰσοφροσύνῃ sic est i telligendum q̄ humilia sentiat: atq; terrena: ἄφειδεν autem σωματοσ cuius nomen latinus sermo non expli cat: apud nos dicitur: ad non parcendum corpori. Non parcunt iudaei corporibus suis in assumptione ciborū cō temnentes interdum quae habent: & quarentes quae non habent. Ex qua necessitate: debilitates interdū & mor bos contrahunt: nec honorant semetipsos cum oīa munda sint mundis: nihilq; possit esse pollutum: quod cū gratiarum actione percipitur: & iccirco a domino sit creatum: ut saturitate & adimptione carnis: humanos artus uegetet: atq; sustentet. Elementa autē a quibus consepulti: immo mortui sumus: lex Moysi: & omne uetus testamentum intelligendum est: quibus quasi ab elementis & religionis exordiis deum discimus. Quomodo enim elementa appellantur litterae: per quas syllabas ac uerba coniungimus: & ad texendam orationem longa meditatione procedimus. Ars quoq; musica habet elementa sua. Et geometrica ab elementis incipit lineas: & dialectica atq; medicina habent εἰς ἀλώγας suas: sic elementis ueteris testamenti: ut ad euangelicā plenitudi nem ueniat: sancti uiri eruditur infantia. Vnde. ex viii. psalmus & oēs alii qui litteris praenotantur: per ethicam nos ducunt ad theologiam: & ab elementis occidentis litterae: quae destruitur: transire faciunt ad spiritum uiui ficanem. Qui ergo mundo & elementis eius mortui sumus: non debemus ea seruare quae mundi sunt: quia in altero initium: in altero perfectio est.

Dolor thimiamatis.

*Mli monstruata
Caro suilla*

genua gens phariseorum

Sophi

Quae uel elementa sūt

Quid sit quod idem apostolus ad Thessalonicenses scribit: Nisi discessio uenerit primum: & reuelatus fuerit homo peccati: & reliqua. .XCIII.

In prima ad Thessalonicenses dixerat: De tēporibus autē & momentis fratres non necesse habetis ut scribā uobis. Ipsi. n. diligenter scitis: quia dies domini sicut fur in nocte: ita ueniet. Cum enī dixerint pax & securitas: tūc repētinus illis stabit interitus sicut dolor in utero habētis: & nō effugient. Supra enim ad eos scripserat: hoc uobis dicimus in uerbo domini: quia nos qui uiuimus: qui residui sumus: in

aduentu domini non praeueniemus eos: qui dormierunt: quonia ipse dominus in iussu & in uoce archangeli & in tuba dei descendet de caelo: & mortui qui in christo sunt: resurgent primi: deinde nos qui uiuimus: qui residui sumus simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam domino in aera: & sic semper cum domino erimus: Itaque consolamini inuicem in uerbis istis. Quod audientes macedones non intellexerunt: quos secum uiuentes apostolus uocet: & qui dicantur residui: qui cum illo rapiantur in nubibus obuiam domino: sed arbitrati sunt: dum adhuc essent in corpore: ante quam gustarent mortem: christum in sua maiestate futurum. Quod apostolus audiens rogat eos: & adiurat per aduentum domini nostri Iesu christi: ut non cito moueantur: neque per spiritum neque per sermonem neque per epistolam tanquam ab eo scriptam: quasi instet dies domini. Duos autem esse aduentus domini saluatoris: & omnia prophetae docent uolumina: & euangeliorum: fidesque primum in humilitate uenerit: & postea sit uenturus in gloria: ipso domino protestante quae ante consummationem mundi uentura sint: & quomodo uenturus antichristus: quando loquitur ad apostolos. Cum uideritis abominationem desolationis: quae dicta est a Daniele propheta stante in loco sancto: qui legit intelligat: tunc qui in iudaea sunt fugiant ad montes: & qui in tecto non descendant tollere aliquid de domo sua. Et tunc si quis uobis dixerit: Ecce hic christus aut illic: nolite credere. Surgent enim pseudo christi & pseudo prophetae: & dabunt signa magna & prodigia: ita ut in errorem inducantur si fieri poterit: etiam electi. Ecce praedixi uobis: Si ergo dixerint uobis: Ecce in deserto est: nolite exire. Ecce in penetralibus: nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente: & patet usque in occidentem: ita erit aduentus filii hominis. Ac deinde tunc apparebit signum filii hominis in caelo: & uidebunt filium hominis uenientem in nubibus caeli cum uirtute multa & maiestate: & mittet angelos suos cum tuba & uoce magna: & congregabit electos eius a quatuor uentis a summo caelo usque ad terminos eorum. & usque de antichristo loquitur ad iudaeos. Ego ueni in nomine patris mei: & non credidistis mihi: si alius ueniet in nomine suo: illum suscipietis: Igitur Thessalonicensium aios: uel occasio non intellectae epistolae: uel ficta reuelatio: quae per sonum deceperat dormientes: uel aliquorum coniectura Esaias & Danielis euangeliorumque uerba de antichristo pronuntiata in illud tempus interpretantium mouerat: atque turbauerat: ut in maiestate sua tunc christum sperarent esse uenturum: Cui errori medetur apostolus: & exponit quae ante aduentum christi debeant praestolari: ut cum illa facta uiderint: tunc sciant antichristum: id est hominem peccati & filium perditionis: qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus: aut quod colitur: & qui in templo dei sedeat esse uenturum. Nisi inquit uenerit discessio primum: quod graece dicitur ἀποστασία ut omnes gentes quae romano imperio subiacent: recedant ab eis: & reuelatus fuerit homo peccati: id est ostensus: quem omnia prophetae uerba praenuntiant: homo peccati: in quo fons omnium peccatorum est: & filius perditionis: id est diaboli. Ipse est uniuersorum perditio: qui aduersatur christo: & ideo uocatur antichristus: & extollitur super omne quod dicitur deus: ut cunctarum gentium deos siue probatam omnem & ueram religionem suo calcet pede & in templo dei uel hierosolymis ut quidam putant: aut certe in ecclesia ut uerius arbitramur: sederit ostendens se esse tanquam ipse sit christus & filius dei. Nisi inquit fuerit romanum imperium ante desolatum: & antichristus praecesserit: christus non ueniet: qui ideo ita uenturus est: ut antichristum destruat. Meministis autem quae haec ipsa quae nunc scribo per epistolam: cum apud uos essem praesenti sermone narrabam: & dicebam uobis christum non esse uenturum: nisi praecessisset antichristus. Et nunc quid detineat: scitis: ut reueletur in suo tempore. hoc est quae causa sit: ut antichristus in praesentiarum non ueniat: optime nostis. Nec uult aperte dicere romanum imperium destruendum: quod ipsi qui imperant: aeternum putant. Unde secundum Apocalypsim Ioannis in fronte purpuratae meretricis scriptum est: nomen blasphemiae: id est romae aeternae. Si enim aperte audacterque dixisset: Non uenit antichristus: nisi prius romanum deleatur imperium: iusta causa persecutionis in orientem tunc ecclesiam consurgere uidebatur. Quodque sequitur: iam enim mysterium operatur iniquitatis tantum: ut qui tenet nunc teneat: donec de medio fiat: & tunc reuelabitur ille iniquus: hunc habet sensum. Multis malis atque peccatis: quibus Nero impurissimus Caesarum: mundum praemittit: antichristi parturitur aduentus: & quod ille operaturus est: postea in isto ex parte completur. Tantum ut romanum imperium: quod nunc uniuersas gentes tenet: recedat: & de medio fiat: & tunc antichristus ueniet fons iniquitatis: quem dominus Iesus interficit spiritu sui: diuina uidelicet potestate: & suae maiestatis imperio. Cuius iussisse: fecisse est: non in exercitus multitudine: non in robore militum: non in angelorum auxilio: sed statim ut ille aduenerit interficitur antichristus. Et quomodo tenebrae solis fugantur aduentu: sic illustratione aduentus sui: eum dominus destruet atque delebit. Cuius opera sathanae sunt opera. Et sicut in christo plenitudo diuinitatis fuit corporaliter: ita & in antichristo omnes erunt fortitudines: & signa & prodigia: sed uniuersa mendacia. Quomodo enim signis dei: quae operabatur per Moysen magi suis resistere mendaciis: & uirga Moysi deuorauit uirgas eorum: ita mendacium antichristi christi ueritas deuorabit. Seducuntur autem eius mendacio: qui perditioni sunt praeparati. Et quia tanta quaestio poterat commoueri: cur enim concessit deus omnem eum habere uirtutem: signa atque prodigia: per quae seducantur: si fieri potest: etiam electi dei: Solutio praenit quaestionem: & quod opponi poterat: ante quam opponatur: absoluit. Faciet inquit omnia non sua uirtute: sed concessione dei: propter iudaeos ait: ut qui noluerunt charitatem recipere ueritatis: hoc est christum: quia dei diffusa est in corda credentium. Et ipse dicit. Ego sum ueritas: de quo in psalmis scriptum est: Veritas de terra orta est. Qui ergo charitatem & ueritatem non receperunt: ut Saluatore suscepto salui fierent: mittet illis deus non operatorem: sed ipsam operationem: id est fontem erroris: ut credant mendacio: quia mendax est ipse: & pater eius. Et siquidem antichristus de uirgine natus esset: & primus uenisset in mundum: poterant iudaei habere excusationem: & dicere: quod putauerit ueritatem: & ideo commendacium pro ueritate susceperunt. Nunc autem ideo iudicandi sunt: imo procul dubio condemnandi: quia christi ueritate

αποστασία

Antichristus filius perditionis

Nero Impurissimus

ueritate contempta postea mendacium: id est antichristum suscepturi sunt.

Beati Damasi papae ad Hieronymum de interpretatione osanna siscitanis.

Epistola. XCV.

Dilectissimo filio Hieronymo Damasus episcopus in domino salutem. Comentarum cum legerem graeco latinoque sermone in euangelio: interpretatione a nostris: id est Orthodoxis uiris olim ac nuper scripta quae de eo quod legitur Osanna filio David: non solum diuersa: sed etiam contraria sibi met proferunt. Studium ergo dilectionis tuae deprecor: ut ardeni illo strenuitatis ingenio: abscessis opinionibus ambiguitatibusque scrupulosis quid se habeat apud hebraeos: uiuo sensu scribas: ut de hoc sicut de multis tibi curae nostrae in Christo iesu gratias referant.

Beati Hieronymi ad Damasum responsua Osanna secundum hebraicam ueritatem interpretatis. Epistola. XCVI.

Uti super hoc sermone diuersa finxerunt: quibus noster Hilarius in commentariis Matthaei ita posuit.

Osanna hebraico sermone significat redemptio domus David. Primum redemptio lingua hebraea ephod interpretatur. Deinde domus beth. David uero in hoc loco non esse nomen insertum omnibus patet. Alii opinati sunt Osanna gloria dici. Porro gloria caboth appellatur. Nonnulli gratia: cum gratia thoda: siue anna nuncupet. Restat ergo ut omissis opinionum riuulis: ad ipsum fontem: unde ab euangelistis scriptum est recurramus. Nam quomodo illud neque in graecis neque in latinis codicibus possumus inuenire: ut compleretur id quod dictum est per prophetas. Quonia Nazareus uocabitur. Et illud. Ex aegypto uocaui filium meum: ita & nunc ex hebraeis codicibus ueritas exprimenda est. Unde in hanc uocem uulgus & maxime consona inter se paruulorum turba prorupit: dicente Matthaeo. Turbae autem quae precedebant: & quae sequebantur clamabant dicentes. Osanna filio David. Benedictus qui uenit in nomine domini. Marcus uero ita posuit: clamabant dicentes osanna benedictus qui uenit in nomine domini: benedictum quod uenit in nomine domini regnum patris nostri David osanna in excelsis. Ioannes quoque pari uoce consentit. Et clamabant Osanna benedictus qui uenit in nomine domini rex israel. Solus Lucas uerbum osanna non posuit: in reliqua interpretatione parte consentiens. Benedictus qui uenit rex in nomine domini: pax in terra: & gloria in excelsis. Igitur ut diximus ipsa hebraea uerba ponenda sunt: & omnium interpretum opinio dirigenda: quo facilius quod super hoc sentiendum sit: ex retractione cunctorum ipse sibi lector quid sequatur inueniat. In ceterisimo. xvii. psalmo ubi nos legimus. O domine saluum me fac: o domine bene prosperare: benedictus qui uenit in nomine domini: In hebraeo legitur Anna adonai osanna: Anna adonai asiena baruch abbadafen adonai. Quod Aquila Symmachus Theodotus & quinta editio: ne quid in latino mutare uideamur: ita exprimit: ο κυριε ο domine: σ α σ ο ν δ α η saluum fac: ο κυριε: ο domine ε υ λ ο σ ο ν δ α η id est bene prosperare: ε υ λ ο γ η μ ε ν ο S benedictus: ο ε ρ χ ο μ ε ν ο S qui uenit ε υ ο υ μ α τ ι κυριου in nomine domini. Sola sexta editio cum interpretibus. lxx. ita congruit: ut ubi ceteri posuerunt ω δ α η: illi scripserint ω. Et quia osanna quod nos corrupte propter ignorantiam dicimus osanna: saluificaui siue saluum fac exprimat: omnium interpretatione signatum est. Nunc illud in cura est: quod sine adiectione saluandi solus anna sermo significet. Sciendumque quia in hoc loco ter dicatur anna: & primum quidem ac secundum eisdem litteris scribitur aleph non hethertium uero heth non he. Symmachus igitur quod in ceterisimo. xvii. psalmo cum omnium interpretatione consenserat: ut nobis manifestiore tribueret intellectum. In ceterisimo. xv. psalmo ubi dicitur: O domine libera animam meam: ita interpretatus est: obsecro domine libera animam meam. Vbi autem. lxx. ω: & ille obsecro transtulerunt. Aquila & ceteris editionibus ω δ α η interpretantibus in hebraeo scribitur anna: uerum ita ut in principio aleph habeat non heth. Ex quo aduertimus si ex aleph scribatur anna: significari obsecro. Si autem ex heth esse coniunctionem: siue interiectionem: quae apud graecos ponitur

Oanna
Ephod
Beth
Caboth
Thoda
Anna

5

Cuius interpretationem latinus sermo non exprimit. Sed quonia haec minutiae & istiusmodi disputationis archana propter barbarie linguae pariter ac litterarum legentium molestiam tribuunt: ad explanandum compendium uenio: ut dicam ea quae de. cxxvii. psalmo: qui manifeste de christo prophetat: & in synagogis iudeorum creberrime legebat. Unde & populus notior erat: hos uersus esse assumptos: quod ille qui repromittebat de genere David: uenerit saluaturus israel: dicente David. Lapidem quem reprobauerunt aedificantes: hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris. Haec est dies quam fecit dominus: exultemus & laetemur in ea. O domine saluum me fac: o domine bene prosperare. Benedictus qui uenit in nomine domini. Benediximus uobis de domo domini: deus dominus & illuxit nobis. Unde & in euangelistarum scriptura commemoratur: pharisaeos & scribas super hoc indignatione commotos: quod uiderent populum psalmi prophetiam super christo intelligere completam: & clamantes pueros osanna filio David: & dixisse eis: audis quid isti loquuntur? Et iesum respondisse eis. Numquam legistis: quia ex ore infantium & lactentium profecisti laudem: ceterisimum septimum decimum octauum psalmi assertionem firmam. Et de eo quidem quod facile exprimi poterat. Benedictus qui uenit in nomine domini: omnium euangelistarum scriptura consentit. De uerbo uero osanna quia graecum non poterat transferre sermonem: sicut in alleluia & in amen: & in plerisque factum uidemus: ipsum hebraicum posuerunt: dicentes osanna. Lucas igitur qui inter omnes euangelistas graeci sermonis eruditissimus fuit: quippe ut medicus: & qui euangelium graecis scripserit: quia se uidit proprietatem sermonis transferre non posse: melius arbitratus est tacere: quam id ponere: quod legenti faceret questionem. Ad summam sicuti nos in linguam latinam habemus interiectiones quasdam: ut insultando dicamus uah: & in admirando pape: & in dolendo hei: & quando silentium uolumus imperare: strictis dentibus spiritum coarctamus & cogimus: tantum sibilum in sonando scilicet. Ita & hebraei inter reliquas proprietates linguae suae habent interiectionem: ut quando uolunt dominum deprecari: ponant uerbum petentis affectu: & dicant. Anna domine: quod. lxx. dixerunt: o domine: osi: ergo saluifica interpretatur. Anna interiectio deprecantis est: si ex duobus his uelis compositum uerbum facere: dices osanna: siue ut nos loquimur osanna media uocali litterae elisa: sicuti facere solemus in uersibus Virgilii: quod Me ne incepto desistere uicta: Scandimus: nince: profode. Aleph namque littera prima uerbi sequentis extremam uerbi prioris:

Lucas graeci sermonis orator
euangelium graecum scripsit

Osi.

ioth: inueniens exclusit. Quapropter ut ad questionis originem reuertamur: ubi nos legimus in latino. O domine saluum me fac: o domine bene cõplacere: benedictus qui uenit in nomine domini: iuxta hebræum sensum legere possumus obsecro domine: saluum fac: obsecro domine: prosperare. Benedictus qui uenit in nomine domini. Saluum autem fac dicitur: ut subaudiamus populum tuum israel: siue generaliter mundum. Denique Matthæus qui euangelium hebræo sermone cõscripsit. Ita posuit osanna barrama: id est osanna in excelsis: qui saluatore nascere: salus in caelum usque: id est etiam ad excelsa peruenit: pace facta non solum in terra: sed & in caelo: ut iam dici aliquando cessaret: inebriatus est gladius meus in caelo. Hæc iterum iuxta mediocritatem sensus mei: breuiter strictique dictaui. Ceterum sciat beatitudo tua in istiusmodi disputationibus molestiam in legendo non debere surripere quia facile & nos potuimus aliquid emittiri: quod ex una uoce solueret questionem: sicuti & ceteros fecisse monstrauimus: sed magis cõdecet ob ueritatem laborare paulisper. Et peregrino uerem accommodare sermoni: quod de aliena lingua fictam falsam uel referre sententiam.

Hieronymus Amando presbytero de diuersis questionibus quarum prima est quid significet illud euangelium secundum Matthæum. Nolite solliciti esse de crastino: sufficit enim diei malitia sua. .XCVII.

Breuis epistola longas non ualet explanare questiones: & in arctum multa concludens stringere uerbis: quod sensibus dilatatum est. Interrogas quid significet illud in euangelio iuxta Matthæum. Nolite solliciti esse de crastino. Sufficit enim diei malitia sua. Crastinum in scripturis sanctis: futurum tempus significat: sicut & iacob in genesi loquitur. Exaudiet me cras iusticia mea: & ubi altare extruitur a duabus tribubus Ruben & Gad: & dimidia tribu Manasse: & a cuncto israel: ad eas legatio mittitur: cum Phinees pontifici respondissent: Idcirco se altare fecisse: ne cras filiis suis: colendi deum possessio denegaretur. Et multa istiusmodi in ueteri reperies instrumento. Qui ergo de futuris nos cogitare prohibuit: concessit de presentibus propter humanam uitam fragilitatem. Quod autem adiicit: sufficit diei malitia sua: hoc modo intellige: sufficit nobis de presentibus huius sæculi cogitare angustiis. Quod necesse est sensum ad incerta & futura extendere: quæ aut consequi non possumus: aut forsitan cito inuenti perdamus. κακία enim quæ latinus uertit in malitia: apud grecos duo significat: & malitia & afflictionem: quam κακός in greci dicunt: & hoc magis pro malitia transferri debuit. Quod si contentione quis ducitur nolens κακίαν afflictionem sonare: & angustias: sed malitiam: illo sensu explanandum est: quo mundus in maligno: hoc est in malo positus sit. Et in dominica oratione dicamus. Libera nos a malo: ut sufficit nobis contra malitiam huius sæculi præsens habere certamentum. In secundo quæsti loco: de beati apostoli Pauli prima ad Corinthios epistola: in qua loquitur. Omne peccatum quod fecerit homo: extra corpus est. Qui autem fornicatur: in corpus suum peccat. Legamus ergo paululum superius: & sic ad hæc uerba ueniamus: ne de extremis partibus: & ut ita dicam: cauda capituli totam sententiam nosse cupiamus. Corpus inquit non fornicationi sed domino: & dominum suscitauit: & nos cum illo suscitabit per uirtutem suam. Ne scitis quia corpora uestra membra Christi sunt: tollens ergo membra Christi: faciam membra meretricis? Ablit: an ne scitis: quia qui coniungit se meretrici: unum corpus est? Erunt enim inquit duo in carne una. Qui autem coniungit se domino: unus spiritus est. Fugite fornicationem: omne peccatum quodcumque fecerit homo: extra corpus est: qui autem fornicatur: in corpus suum peccat. Et reliqua: sanctus apostolus contra luxuriam disputans: & in superioribus dicens: esca uentri: & uenter escis. Deus autem & hunc & illam destruet: consequenter uenit ad fornicationem. Etenim luxuria mater libidinis est: uentremque distentum cibo: & uini potationibus irrigatum: uoluptas genitalium sequitur: atque ut alibi dictum est: pro membris ordine: ordo uitiorum est. Omne itaque peccatum: uerbi gratia: furtum: homicidium: rapina: periurium: & cetera his similia: post factum poenitentiam habent: & licet inuitet lucrum: tamen mordet conscientia: uoluptas sola ac libido etiam in ipso tempore poenitendi: præteritos stimulos patitur: & titillationem carnis & incentiuam peccati: ut per hæc quæ corrigi cupimus cogitantes: rursus sit materia delinquendi: aliter cetera peccata forinsecus sunt. Quicquid enim egerimus: in alios agimus: fornicatio non solum conscientiam fornicantis: sed & corpus maculat. Ac secundum sententiam domini: in qua ait. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem: & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una: etiam ipse cum meretrice unum corpus efficit: & peccat in corpus suum: dum templum Christi facit corpus esse meretricis. Dicamus & aliter: ne ullam grecorum sententiam prætereire uideamur. Aliud est peccare per corpus: aliud in corpore: furtum homicidium & cetera absque fornicatione peccata per manus administramus extrinsecus: fornicatio sola in corpore nostro exercetur a nobis: non per corpus in alios & per præpositio ministerium habet in se aut passionem: sunt qui ita edisserant quod secundum scripturam uxor uiri corpus sit: & quicumque fuerit fornicatus peccet in corpus suum: hoc est in uxorem: dum eam sua fornicatione commaculat & facit eam non peccantem sua commixtione peccare. Tertia id est extrema propositio tua fuit de eadem apostoli epistola: ubi de resurrectione disputans: uenit ad eundem locum: in quo scriptum est. Oportet enim eum regnare: donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis. Omnia enim subiecta sunt sub pedibus eius: nouissima autem & inimica destruetur mors: cum autem dixerit quia omnia subiecta sunt ei: haud dubium quin præter eum qui subiecit ei omnia: cum uero subiecta ei fuerint omnia: tunc ipse filius subiecietur ei: qui sibi subiecit omnia: ut sit deus omnia in omnibus: & miror te hoc a me querere uoluisse cum sanctus Hilarius pictanen. episcopus undecimum librum contra Arrianos hac questione & solutione cõpleuerit. Tamen pauca saltim dicamus. Omne in hoc scandalum est: quare filius patri subiectus esse dicatur: quid est turpius: siue inferius patri subiici: quod sæpe peritatis est: & in psalmo scribitur. Nonne deo subiecta erit anima mea: an crucifigi & maledictum crucis fieri? Maledictus enim omnis qui pendet in ligno: qui ergo pro nobis maledictus factus est ut nos de maledictione liberaret: miraris si pro nobis subiectus sit: ut nos patri faciat esse subiectos? Dicens in euangelio: Nemo uadit ad patrem nisi per me: & cum exaltatus fuero a terra: omnia traham ad me. Christus in his

qui

Matthæus scripsit euangelium hebræo

κακία

Venter distentus

qui fideles sunt subiectus est patri: quia omnes credentes imo omne hominum genus corporis ipsius membra reputantur. In his autem qui increduli sunt: id est iudæis & ethnicis & hæreticis insubiectus esse dicitur: quia pars membrorum eius non est subiecta fidei. In fine autem mundi cum omnia membra regnantem uiderint Christum: id est corpus suum: etiam ipsa subiicientur Christo id est corpori suo: ut omne Christi corpus subiiciatur deo & patri: & ut sit deus oia in oibus: non ait ut sit pater oia in oibus: sed ut sit deus: quod proprium nomen est trinitatis: & tam ad patrem quam ad filium & spiritum sanctum referri potest: ut humanitas subiiciatur diuinitati: humanitatem in hoc loco dicimus non mansuetudinem & clementiam: quam graeci φιλανοψείων uocant: sed omne hominum genus. Porro quod ait: ut sit oia in oibus hoc sensu accipiendum est: dominus atque saluator noster nunc oia non est in oibus: sed pars in singulis: uerbi gratia in Salomone sapientia: in Dauid bonitas: in Iob patientia: in Daniele cognitio futurorum: in Petro fides: in Phinees & Paulo zelus: in Ioanne uirginitas: in cæteris cætera. Cum autem res omnium finis aduenerit: tunc oia in oibus erit: ut singuli sanctorum omnes uirtutes habeant: ut sit Christus totus in cunctis. Repperi iunctam epistolam & commentariolum tuo breuè chartulam: in qua hæc idem ferebantur. Querendum ab eo: id est a me: utrum mulier relicto uiro adultero & sodomita: & alio puim accepto possit absque penitentia communicare ecclesie: uiuente adhuc eo: quem prius reliquit. Quod leges illius uersiculi recordatus sum: ad excusandas iustificationes in peccatis. Omnes enim homines uitis nostris faciemus: & quod propria facimus uoluntate: ad naturam referimus necessitate. Quomodo si dicat adolescens. Vim patior: corporis me ad libidinem ardor impellit: ipsa organa membrorum genitalium: & compositio corporis foemineo: quærit amplexus. Et rursum homicida in egestate inquit: eram indigebam cibo: tegmen corporis non habebam: ideo alienum sanguinem fudi: ne ipse fame & frigore moreretur: respondeo itaque: sorori quæ a nobis super suo statu querit: non nostras sed apostoli sententias: an ignoratis fratres: scientibus enim legem loquor: quoniam lex dominatur homini quanto tempore uiuit. Mulier enim quæ sub uiro est: uiuente uiro astricta est legi. Quod si mortuus fuerit uir eius: liberata est a lege uiri: et ergo uiuente uiro adultera erit: si duxerit alterum uirum. Et in alio loco. Mulier ligata est: quanto tempore uiuit uir eius. Si autem dormierit uir eius liberata est: cui uult nubat: tantum in domino. Omnes igitur cautiones apostolus amputas: aptissime diffiniuit uiuente uiro adulteram esse mulierem: si alteri nupserit. Nolo mihi proferas raptoris uolentiam: matris per suasionem: patris auctoritatem: propinquo: cateruam: seruorum: insidias: atque contemptum parentum: danna rei familiaris quæ diu uiuit uir licet adulter: licet sodomita: licet flagitiis oibus cooptus: & ab uxore propter hæc scelera derelictus: maritus eius reputatur: cui alterum uirum accipere non licet. Nec apostolus hæc propria auctoritate decernit: sed Christo in se loquente: uerba secutus est: qui ait in euangelio. Qui dimittit uxorem suam excepta causa fornicationis: facit eam meretricem: & qui dimissam accepit adulter est. Animaduerte quid dicat: qui dimissam accepit adulter est: siue ipsa dimiserit uirum: siue a uiro dimissa sit: adulter est: qui eam accepit. Unde & apostoli graue coniugii sarcinam intelligentes: si ita est inquit: non expedit homini uxorem accipere: ad quos dominus: qui potest inquit capere capiat: statimque sub exemplo eunuchorum: trium uirginitatis infert beatitudinem: quæ nulla carnis lege retinetur: neque satis animaduerrere potuit: quid sit quod uoluit dicere: alio uiro puim accepto: quod est puim accepto. Congregata uidelicet multitudine: nolentem rapuit: & quæ postea non raptorem rapta dimisit: Legat libros Moyse & inueniet desponsatam uiro: si in ciuitate fuerit oppressa: & non clamauerit: puniri quasi adulteram. Si autem in agro oppressa sit: innoxiam esse a scelere & uolentem legibus subiicere. Ergo & ista soror quæ ut dicit uim passa est: ut altero iungeretur: si uult corpus Christi accipere: & non adultera reputari agat penitentiam: ita duntaxat ut secundo uiro qui non appellatur uir: sed adulter a tempore penitentiam non copulet: quod si ei duxerit: & semel dilectum non potest derelinquere: nec præferre dominum uoluptati: audiat apostolum conclamantem. Non poteris calicem domini bibere: & calicem demoniorum: non poteris mensam domini communicare: & mensam demoniorum. Et in alio loco. Quæ communicatio lucis ac tenebris? Qui consensus Christo & belial? Res nouam loquor: imo non nouam sed ueterem: quæ ueteris testamenti auctoritate firmatur. Si reliquit secundum uirum: & reconciliari uoluerit priori: non potest: scriptum est enim in Deuteronomio. Si accepit homo uxorem: & habuerit eam: & non inuenierit gratiam in conspectu eius propter aliquam sceditatem: scribet libellum repudii: & dabit in manu eius: & dimittet eam de domo sua. Cumque egressa alterum maritum duxerit: & ille quoque oderit eam: dederitque ei libellum repudii: & dimiserit de domo sua: uel certe mortuus fuerit: non poterit prior maritus recipere eam in uxorem: quia polluta est: & abominabilis facta est coram domino. Nec peccare facias terram tuam: quam dominus deus tuus tradidit tibi possidendam. Unde obsecro te: ut consolere eam: imo puoces ad salutem: putridæ carnes ferro indigent: & cauterio: nec est medicinae culpa: sed uulneris: cum crudelitate clementi: non parcat medicus: ut parcat: scilicet ut misereatur.

Philantropia

[Handwritten flourish]

Beati Hieronymi ad Marcellam de quibus questionibus noui testamenti: quæ priora est. Quæ sunt illa quæ nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascenderunt: quæ præparauit deus diligenteribus se. Epistola. XCVIII.

M Agnis nos prouocas questionibus: & torpens ocio ingenium dum interrogas: doces: prima tua sciscitatio fuit: quæ sunt illa quæ nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascenderunt: quæ præparauit deus iis: qui diligunt eum. Et quomodo rursus idem apostolus iferat: nobis autem reuelauit deus per spiritum suum: & si reuelatum apostolo intelligere debeamus: quod & ille aliis reuelauerit. Ad quæ breuis responsio est non debere nos quærere: quid sit illud: quod nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Si enim ignoratur quomodo sciri potest: Quod promittitur in futuro: non cernitur in presentia. Spes enim quæ uidetur: non est spes: sed iam certa possessio: quomodo si uelit quispiam dicere: ostende mihi: quod inuisibile est: loquere quod audiri non potest: expone quod cogitatio non comprehendit humana. Ergo hoc sensu apostolus dixisse credendus est: quod carnalibus oculis: & aure carnali: & cogitatione mortali non possunt spiritualia comprehendere. Et si enim noueramus quondam Iesum secundum carnem: sed nunc iam non nouimus eum: & in Ioannis epistola scribitur.

prima Questio

bitur. Charissimi nunc filii dei sumus: & necdū manifestum est: qd' futuri sumus. Scimus enim quoniā cū ap-
 paruerit similes ei erimus: quia uidebimus eum sicuti est. quodq; reuelatū sibi & sanctis p̄ spiritū esse testatur
 non statim sequitur: ut ipse aliis reuelauerit. Alioquin audiuit & in paradiso uerba ineffabilia: quæ aliis narrare
 nō poterat: aut si narrauit: nequaquā ineffabilia sunt. Secunda questio fuit in qua dicit legisse te per trāsitum in
 opusculis meis: q; agni qui stant a dextris: & hædi qui stāt sinistris: christiani sint: atq; gentiles: & nō potius bo-
 ni: & mali: nō memini me hoc aliq̄do dixisse: & si dixisse nō esse i errore p̄tinax. Quātū autē dictū subito occur-
 rit: in secundo uolumine contra Iouinianū sup hoc capitulo disputasse me noui: & nō solum super hoc: sed de eo
 qd' in eadē quæstione cadit: ubi pisces mali a bonis piscibus separabuntur. Quod ergo ibi plene dictū est: nūc
 omittādum uidetur. Tertio interrogaueras quod dicit apostolus in aduentu saluatoris: rapi quosdā uiuentes
 obuiā in nubibus: ita ut nō præueniant ab his q; in Christo dormierunt: uisq; nosse: utrū sic occurrant in corpo-
 ribus: & nō ante moriant: cū & dominus noster mortuus sit: & Enoch atq; Helias secundū apocalypsim Ioānis
 morituri esse dicant: ne scilicet ullus sit qui nō gustauerit mortē. Hoc ex ipsius loci cōtinentia sciri potest: q; san-
 cti qui i aduentu saluatoris fuerint deprehensi i corpore: in eisdē corporibus occurrant ei: ita tamē ut ingloriū
 & corruptiū & mortale gloria & icorruptione & imortalitate mutet: ut qualia corpora surrectura sint: in talē
 substantiā etiā uiuorū corpora transformēt. Vnde dicit in alio loco apostolus: propter quod nolimus expo-
 liari sed superuestiri: ut absorbeat mortale hoc a uita: ne scilicet corpus ab aīa deferat: sed anima habitāte i cor-
 pore fiat inclytū quod ante ingloriū fuit. De Enoch autē & Helia quos uenturos apocalypsis refert & esse mori-
 tuos nō est istius tēporis disputatio: cū oīs ille liber aut spiritaliter intelligēdus sit: ut nos æstimamus: aut si car-
 nale interpretationē sequimur: iudaicis fabulis acquiescendū sit: ut rurū ædificet hierusalē: & hostiæ offeran-
 tur in tēplo: & spiritali cultu iminuto carnales obtineant cerimonias. Quartū est quod q̄sisti: quomodo i Ioā-
 nis euāgelio post resurrectionē dicatur ad Mariā magdalē. Noli me tangere: nondū enī ascendi ad patrem
 meū: & rurū in Matthæo scriptū sit: q; ad uestigia saluatoris mulieres corruerint: cū utiq; nō sit idipsū tangere
 post resurrectionē pedes eius: & nō tāgere. Maria magdalena ipsa est: a qua septē dāmonia expulsi: ut ubi abū-
 dauerat peccatū: superabundaret gratia: quæ quia dominū hortulanū putabat: & q̄ si cū hoīe loquebatur: & q̄-
 rebat uiuentē cū mortuis: recte audiuit. Noli me tangere: & est sensus: nō mereris meis hæere uestigiis: nec ado-
 rare quasi dominū: nec eius tenere pedes: quæ non æstimas surrexisse. Tibi enī necdū ascendi ad patrē meū. Cæ-
 teræ uero mulieres quæ pedes tangūt: dominū confitentur: & merent̄ eius hæere uestigiis: quæ ad patrē ascē-
 disse cōfidunt: q̄q; etiā si eadē mulier in diuersis euāgelis & tenuisse pedes & non tenuisse refertur: facilis solu-
 tio sit: cū potuerit corrigi primū quasi incredula: & postea non repellī: quasi eā quæ errorē confessione mutaue-
 rat. Quod & de latronibus intelligi potest: cū alius euangelista utrūq; blasphemasse: alius narret alterq; esse cōfes-
 sum. Extrema schedula continebat utrū post resurrectionē. xl. diebus cū discipulis conuersatus sit: & nunq̄ ali-
 bi fuerit: ab latenter ad cælū ascenderit: atq; descenderit: & nihilominus apostolus suā penitentiā non negarit.
 Si dominū dei filiū consideres: de quo sermo est: & illū esse qui loquitur. Nōne cælū & terrā ego repleo dicit do-
 minus: & de quo alius propheta testatur: Cælū mihi thronus est: terra autē scabellū pedum meorū. Et rurū alibi
 qui tenet cælū palmo: & terram pugillo: de quo David canit. Quo ibo a spiritu tuo: & a facie tua quo fugiam
 Si ascendero in cælū tu ibi es: si descendero ad infernū ades: & si habitauero i extremis maris: etenim ibi manus
 tua deducet me: & continebit me dextera tua: profecto non ambiges etiā ante resurrectionē sic i dominico cor-
 pore habitasse deū uerbū: ut in patre esset: & cæli circulū clauderet: atq; in omnibus infusus esset: & circūfusus:
 id est ut cuncta penetraret interior: & contineret exterior. Stultum est igitur illius potentiam unius corpusculi
 paruitate finiri: quem non capit cælū: & tamen qui ubiq; erat: etiam in filio hominis totus erat. Diuina quippe
 natura & dei sermo in partes secari non potest: nec locis diuidi: sed cū ubiq; sit: totus ubiq; est: erat igitur uno eo-
 dēq; tempore & cum apostolis. xl. diebus & cum angelis: & in patre & in extremis maris finibus erat. In omni-
 bus locis uersabatur: cum Thoma in india: cum Petro romæ: cum Paulo in illyrico: cum Tito in creta: cum An-
 drea in achaia: cum singulis apostolis & apostolicis uiris in singulis cunctisq; regionibus. Quod autē dicitur
 quosdam deserere uel non deserere: non naturæ illius terminus ponitur: sed eorum merita describuntur: apud
 quos esse uel non esse dignatur.

Argumentum sequentis epistolæ.

Epistola beati Hieronymi ad Marcellam de blasfemia in spiritum sanctū de eo quod in euāgelio scri-
 bitur. Quicumq; dixerit uerbū contra filiū remittet̄ ei. Qui autē dixerit contra spiritū sanctū non re-
 mittetur ei neq; in hoc sæculo neq; in futuro: ubi dānat Nouatianus sententiā qui ea uerba referebat ad
 eos qui Christum in tormentis negauissent: quorum inexpressibile censebat esse peccatum.

Ad Marcellam de blasfemia in spiritum sanctum irremissibili.

Epistola. XCIX.

Breuis est quæstiuncula quam misisti: & aperta responsio est. Si enim de eo quod in euāgelio scri-
 bitur. Quicumq; enim dixerit uerbum contra filium hominis: remittetur ei. Qui autem dixerit cō-
 tra spiritum sanctum: non remittetur ei: neq; in hoc sæculo: neq; in futuro. Nouatianus affirmat:
 non posse peccare in spiritū sanctū: nisi eū qui christianus sit: & postea negauerit: manifestū est iu-
 daeos qui eo blasphemabant: peccato blasphemix non teneri: quippe qui ipii coloni: interfectis prophetis: de nece
 domini cogitabant: & in tantū erant pditi: ut ad saluandos eos: se dei filius uenisse responderit. Vnde de toto ip-
 sius scripturæ ordine conuincendi sunt: non iis irremissibile esse dictā blasfemiā: qui tormentis cōpulsī: & uariis
 euiscerati cruciatibus dominum denegassent. Sed iis qui cum in uirtutibus uideant opera dei calumnientur &
 clamitent

Secunda Questio

Tertia Questio

Quarta Questio

Quinta Questio

Nouatianus errat

Belzebul demon

clamitent dæmonis esse uirtutē: & oīa signa quæ facta sunt: nō ad diuinā magnificentiā sed ad diabolū ptinere unde & saluator noster toto respōsionis suæ hoc agit argumēto: ut doceat: nō posse sathanā eiici a sathana: & regnū eius inter se nō esse diuisū. Cum enī diaboli studiū sit: dei lædere creaturā: quomodo eiisdē poterit esse uoluntatis sanare sāguentes. Et seipsū de obsessis fugare corporibus: Probet itaq; Nouatianus aliquē de iis qui sacrificare cōpulsī sunt: ante tribunal iudicis respondiisse oīa quæ in euāgelio scripta sunt: nō a filio dei: sed a belzebul principe dæmonoz esse pfecta: & tunc poterit approbare irremissibile in spīritū sanctū esse blasfemiā. Ut autē & acutius aliquid interrogemus: respondeat quid sit contra filiū hoīs dicere uerbū: & in spīritū sanctū blasphemare. Ego qppe assero iuxta sensū illius: eos qui Christū in psecutione negauerint: cōtra filiū hoīs dixisse: & nō in spīritū sanctū blasphemasse. Qui enī interrogat: an christianus sit: & christianū se nō esse responderit: utiq; negādo Christū: hoc est filiū hoīs: spīritui sancto nō fecit iniuriā. Si autē Christū negando: negauit & spīritū: edisserat hæreticus: quomodo nō peccet i spīritū: qui filiū hoīs denegauerit. Aut si spīritū sanctū hoc loco intelligendū patrē putat: p̄ris nulla est a negatore mētio facta: cū negaret Petrus apostolus eo tpe quo ancillæ interrogatōe p̄teritus dominū negauit & i filiū hoīs: aut in spīritū sanctū uidet̄ cōmississe peccatū. Si id qd̄ ait nescio hoīem: rēdicule uoluerit iterpretari: nō christū eū negasse sed hoīem: mēdacē faciet saluatorē: qui se hoc est filiū dei negandū esse p̄dixerat. Si autē negauit filiū dei: unde & amare fleuit: & trinā negationē: trina postea cōfessione deleuit: manifestū est peccatū i spīritū sanctū: ideo nō posse dimitti: q; habeat blasfemiā: ut cū uideas i uirtutibus deū: belzebul calūnieris i factis. Doceat igit̄ aliquē negatorē belzebul uocasse Christū: & uultro referā gradū: negatorē nō posse ueniā cōsequi post ruinā. Quia aliud est tormētis credere & se christianū negare: Aliud Christū diabolū dicere: sicut tibi ipsa scriptura: atq; cōtextus lecta attētius poterūt demonstrare. Fuerat quidē proluxus differendū. Sed quoniā amicis & q; ad nostrū hospitium conuenerūt: præsentiā nostrā negare nō possumus: & ut tibi statim non responderē: admodū uisū est arrogantis: latā disputationē breui sermone cōprehendimus: ut nō tam epistolā: q̄ cōmentariolū dictarem.

Epistola Cromatii & Heliodori episcopoz ad beatū Hieronymū librum de ortu uirginis Mariæ: qui a beato Matthæo euangelista editus dicebatur: transferri postulantium. Epistola. C.

Dilectissimo fratri Hieronymo p̄resbytero Cromatius & Heliodorus episcopi salutē in domino. Ortū Mariæ reginæ uirginis simul & natiuitatē atq; infantia domini nostri Iesu christi in apocryphis inuenimus libris: in qbus multa cōtraria nostræ fidei cōsiderantes scripta recusanda credimus uniuersa: ne per occasionē Christi læticiā antichristo traderemus. Ista igit̄ nobis cōsiderantibus extiterunt uiri dei Armenius & Virinus: qui dicerent sanctitatē tuā beatissimi Matthæi euangelistæ manu scriptum uolumē hebraicū inuenisse. In quo & uirginis matris & saluatoris infantia esset scripta: & iccirco tuā charitatē p̄ ipsum dominū nostrū Iesum Christū expetimus: quatenus & illud ex hebræo latinis auribus tradas non tantū ad percipiendū quæ sunt Christi insignia: q̄tum ad hæreticoz astutiā excludendā: qui ut doctrinā malā instituerent: bonā christi natiuitatē suo mendacio miscuerunt: sicut post dulcedinē uitæ: mortis amaritudinē occulta rent. Erit ergo purissimæ pietatis: uel ut rogantes fratres exaudias: uel episcopos exigentes charitatis debitum quod idoneum credideris recipere facias. Vale in domino: & ora pro nobis.

Beati Hieronymi ad prædictos episcopos de eadem re responsua. Epistola. CI.

Dominis sanctis & beatissimis Cromatio & Heliodoro episcopis Hieronymus exiguus christi seruus in domino salutē. Qui terrā auri conscia fodis: non ilico arripit quicquid fossa profuderit la cerata: sed prius q̄ fulgens pondus uibrantis iactus ferri suspendat: iterum uertendis suspēdendisq; cespitibus imoratur: & spīritualiter qui nodū lucris auget arduū opus iniungit: cū hoc fuerit mihi a ueltra beatitudine imperatū: quod nec ipse sanctus Matthæus apostolus & euāgelista uoluit in apto cōscribi. Si enī hoc secretū non esset: euāgelio utiq; ipsius quod edidit addidisset: sed fecit hūc libellū hebraicis litteris ob signatū: quē usq; adeo edidit: ut & manu ipsius liber scriptus hebraicis litteris a uiris religiosissimis habeatur: q̄ etiā a suis prioribus per successus tempoz susceperūt. Hunc autē ipsum librū nunq̄ alicui transferendū tradiderunt: textū eius aliter atq; aliter narrauerunt. Sed factū est: ut a Manichæi discipulo nomine Seleuco: qui etiā apostoloz gesta falso sermone conscripsit: hic liber editus non ædificationi: sed destructioni materiā exhibuerit: & q; talis probaretur in synodo: cui merito aures ecclesiæ nō paterent. Cesset nunc oblatrantium morsus: non istū libellum canonicis nos superaddimus scripturis: sed ad detegendū hæreseos fallaciā apostoli atq; euāgelistæ scripta transferimus. In quo opere non tam piis iubentibus episcopis obtēperamus: q̄ ipiis hæreticis obuiamus. Amor igitur est Christi: cui satisfacimus credentes q; nos suis orationibus adiuuent: qui ad saluatoris nostræ infantiam sanctam per nostram potuerint obedientiam peruenire.

Expolitio seu translatio historiarum Annæ & Joachim de conceptu uirginis Mariæ prout a beato Matthæo scriptum ferebatur. Epistola. CII.

Petit a me: ut uobis rescribā quid mihi de quodā libello q; de natiuitate sanctæ Mariæ a nonnullis habetur: & ideo scire uos uolo multa in eo falsa inueniri. Quidam nanq; Seleucus q; passiones apostoloz conscripsit: hunc libellum composuit. Sed sicut de uirtutibus eorum & miraculis per eos factis uera dixit: de doctrina uero eorum plura mentitus est: Ita & hic multa nō uera de corde suo cōfinxit: proinde ut in hebræo habetur: uerbum ex uerbo transferre curabo: siquidem sanctū euāgelistam, Matthæū eundē libellū liquet cōposuisse: & in capite euāgelii sui hebraicis litteris ob signatū opposuisse: qd̄ an uerum sit auctori præfationis & fidei scriptoris cōmitto. Ipse enī ut hæc dubia esse pronuncior: ita liqdo falsa non